posterior prae se fert?. Negarine igitur discerni possunt Tolosani ipsius et continuatoris partes, quae ~~illam~~ eqidem non ~~minuendum est~~ minus, si quis dicat ~~dicit~~ longe maximam partem totius Chronici a continuatore scriptam vel potius retractatam esse, ita ut Tolosanus ipse quasi e medis nobis elabatur.

Quod vero ad ipsum continuatorem attinet, de persona ipsius prorsus nihil constat. Fuisse illum unum ex collegis Tolosani ex ~~ex~~ eio quae de morbo et morte Tolosani inserta sunt coniicias; post annum 1260 cum adhuc vixisse, ex versibus illis quos Michaelis Scoti dicunt, colligi possit. Sed cum Chronicum in anno 1239 deficiat, haud scio an tertius quidem scriptor hos paucos versus addiderit.

Quibus porro fontibus in opere Tolosani continuando et retractando usus sit, haud facile erui potest. Scheffer-Boichorst vero ~~vetera~~ animadversionem Waitzii (cf. Monumenta Germaniae historica Scriptorum tom. XXIV p. 214) in suum usum convertens, in commentatione sua Kleinere Forschungen zur Geschichte des Mittelalters[1] continuatorem ex eodem fonte hausisse censuit, quo auctor anonymus Chronici pontificum et imperatorum

M.

[1] in Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung Bd. X.